



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Ad Decretvm IX & X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

SESSIO SECVNDA.



Ltera die Synodi, quæ fuit sexta mensis Octobris, mane horâ sextâ datum est signum majori campana Cathedralis Ecclesiæ ad sacrum pro defunctis ut supra habendum.

Sub hac compulsatione convenit totus Clerus ad Cathedralem Ecclesiam ut heri.

Horâ septimâ Illustrissimus cum suis pervexit ad Ecclesiam, exceptus more solito à Capitulo, transfundo genustectem Clero & populo benedixit.

Sacrum hoc die pro defunctis habuit ipsamet Illustrissima S. Celsitudo, Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, aliisque ministris eidem de more assistentibus.

Sacro funebri & absolutione pro defunctis habita, Illustrissimus cum Ministris paramenta nigra deposuit, aliæque Synodo convenientia ut heri assumpsit, orationes & reliqua cærimonialia juxta Pontificale, ut altera die Synodi statuitur, observata fuerunt.

Omnibus synodalem locum processionaliter ingredientibus, per duos ministros Clericos hinc inde ad portam stantes singulis distribuit sunt libri Abbatris Truemi, de quibus supra dictum.

In loco synodali postquam Illustrissimus Clerum allocutus fuit: Venerabiles fratres, &c. ut in Pontificali, mox altera vice ad Clerum per horam & ultra dixit, asserens alterum medium salutaris negotiationis esse laborem in rebus Ecclesiasticis continuum, latè explicando hanc materiam, præsertim de damno otio Ecclesiasticis fugiendo.

Finita concione secundus Synodi promotor Clerum in hæc verba allocutus fuit.

Illustrissimus, &c. postquam debitam hujus Diocesis suæ status relationem, à ministris Ecclesiasticis, & quæ per scrutinium cognita fuerunt, accepit, dolenter intellexit, præteritis decretis, & præcipue anno quinquagesimo primo post restitutionem hujus Diocesis salubriter in Domino latis, non usque adeo satisfactum esse. Quare pro novo stimulo addendo & excitando Zelo, eadem decreta anni quinquagesimi primi denuò repetenda mandavit; quare omnes ac singuli diligenter attendant, & decretorum hujusmodi observationem in locis sibi conceditis procurant, pro ut altememorata Illustrissima S. Celsitudo in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis præcipit.

Post hæc Secretarius Synodi accessit suam Celsitudinem, petens, num placeat legi decreta illa.

Respondente sua Celsitudine, placet, ascendit ambonem & perexit in lectione decretorum, incipiendo à decreto ordine tibi nono quod habetur supra folio 304.

Notandum quod S. Celsitudo pro suo Zelo & executione faciliori impetranda, quasi post singula decreta, explicationes, admonitiones, interlocutorias

Episcopales orationes, minasque in contumaces respectivè cum singulari fervore subjunxit, hincque typo ad cleri continuam notitiam inseri mandavit.

Sequuntur dictæ admonitiones ad decreta anni quinquagesimi primi.

Ad DECRETVM IX & X.

AVdivistis Charissimi, qualem Nos nomine Altissimi de talentis vobis conceditis, de ipsorum custodia, de vestra negotiatione dum absentes fuimus, factâ; qualem, inquam, rationem à Vobis exigere debeamus. Vnde nova Vobis confidere, nova, inquam, decreta dare non volumus sed an priora impleveritis mandata, nunc exquirere: quia illi multa committenda non censemus, qui in paucis legem implere non contendit.

Proinde vos Pastores denuò cohortamur in Domino, ut pro hac temporum necessitate, quo grassanti undequaque hæresi fortius resistere, ac Vos murum pro domo Dei opponere possitis, ut fidei controversiis, Bibliis aliisque sacris literis ac libris diligentius in posterum studeatis, ne ut nonnunquam accidit, & Vobis & Ecclesiæ Dei confusioni, & aliis scandalo sitis, si in conversationes cum Hæreticis, præsertim Prædicantibus, quorum tamen consortium, quantum salvis regulis humanitatis fieri potest, fugere juxta sacros canones tenemini, deveneritis. Vnde omnes computationes, conviviaque cum iis vobis interdicta sint, cum exempla non desint alterationes, injurias, verberaq; intercedere posse, illi tamen quibus conversatio concessa est eâ moderatè discreteque utantur, ut cum ædificatione proximi fructuque factam gloriari possint: pro ut vobis in congregatione Synodali, in residentia Nostra Episcopali, statim in restitutione Episcopatus Nostræ, ex manibus hostium Imperii habitâ 12 Decembris anno 1650 plenius explicavimus ac injunximus.

Ad DECRETVM XI.

Diversi Pastores se è Catechismo excusare nituntur, sub prætextu quod pauci ad lectionem catechetica accedant, cum vero id negligentia Pastorum potius ascribamus. Hinc tertio post hæc Catechismo invigilent, & officio suo etiam in paucis instruendis satisfaciant, ubi vero negligentia Parochianorum in non mittendo pueros deprehensa fuerit, Dominos temporales adeant, aut ad Nos etiam pro seculari brachio recurrant. Et si Laici